

Quod fœlix faustumq; sit, patrocinante Clarissimo Viro Vito Amerpa= CHIO, TOTIVS ἐγκυλοπαιδειας PERITISSIMO, M. IOAN. MICHAEL FICLERVS LL. alumnus sequentes quæstiones die proxima sabbati, loco & hora consuetis excutiendas proponet, & defendandas pro uirili suscipiet, unā cum eruditis, & bona indolis adolescentibus Georgio Amerpachio Viti F. & Ioanne Baptista Ficlero artium & Philosophiae Baccalaureis.

## QVÆSTIO PHYSICA.



Væstu haud indignum est, an Aristotelis sententia, quod primum sentiens in corde ponit: an Galeni, qui cerebro tribuit, uera sit?

Proloquium. I.

Sentiendi uim omnem, simulq; intelligendi ex cerebro emanare, à plerisq; recte sentientibus receptum esse constat.

Proloquium. II.

Sensuum n. instrumenta ibidem sita esse naturæ prouidentia certum est.

Proloquium. III.

Hoc medicorum cætus omnis, omnesq; illi, qui uocantur anatomici demonstratione certissima afferunt.

Proloquium. IV.

Animam autem per ista ὄγκα, primum à natura sibi destinata, illas obire functiones improbandum esse neutisq; arbitramut.

Conclusio.

Sequitur itaq;, ut nos iudicamus, de animæ præcipua sede lapsum esse Aristotelem: Galenum autem sensisse & docuisse rectius.

## Quæstio Phisica.

II.

Theses Ethicæ.

I.

In periculis & discriminibus maximis etiam, & in ipsa morte ultima rerum linea, fortitudinem constitutam esse Aristoteli subscribimus.

Thesis. II.

Hæc tametsi dura sint, ac nature uidentur minime aduersari: sua tamen uoluptate uirum fortem priuatum esse minime censendum est.

Thesis. III.

Vtramq; uirtutem & liberalitatem & magnificentiam uersari circa diuitias rectæ rationi consentaneum est.

Thesis. IV.

Tametsi magnanimus cunctos animi sui magnitudine superat: auream tamen illam, ut eam alicubi Horatius uocat, mediocritatem pulcherrimè obseruat, atq; custodit.

Thesis. V.

Ipsam uero magnanimitatem circa honores, qui sunt externorum bonorum summum, uersari cum sentimus, ducem Aristotelem sequimur.

Thesis. VI.

Sicut non propterea malum est uxorem habere, quod non habere melius est, quam habere: ita non ideo bonum est iniuriam pati, quod hoc melius est quam facere.

Thesis. VII.

Vt iniuriam pati bonum est: ita uxorem habere quodammodo malum est.

Thesis. VIII.

Quod apud nostrates uulgo dicitur pati, hoc est, affligi sanctum esse, per se nec uerum est, nec falsum.

## THEISIS DIALECTICÆ.

Ad definitionem tanq; ad scopum Dialetices omnes partes, indagandi ueri gratia, recte referri posse censemus.

## AD LECTOREM. B. N.

*V*is animi præstans, hic, in qua parte locetur  
Corporis humani, discere forte queas.  
*Cedat* Aristoteles nobis, unoq; sequamur  
Consensu mentem clare Galene tuam.  
*Hec* non carpendi studium, non liuida mentis  
Motio, sed ueri cultus amorq; tulit.  
*Omnia* summatim quoq; definitio late  
In se per logicen fusa refusa capit.

*E*t formaticis morum non copia defit:  
Doctrinæ morum non leuiora patent.  
*Ergo* leges quisquis, rictus depone caninos  
Et non contracta perspice fronte theses.  
*Nec* pia dilaceres fædo conamina morfu:  
Plus ratio ualeat, iuditijq; nitor.

III. Kalendas Iulij Anno Domini 1555.

92

Caractero dixisse.

Originals.

**T**hunderstruck by the same Amorous emotion,  
I like to see her.

卷之三